Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636975-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636975-p0002-4

288.
1687,10
11

B. C. D.

# PANDECTARUM CONTROVERSIÆ POTIORES PRACTICÆ,

é

Compendio Digeſtorum Lauterbachiano collectæ, in uſum Diſputantium Doctoribus Conſentientibus & Diſſentientibus congruo loco adauctæ, in XII. Diſputationes diſtributæ, & hactenus publico Examini, adhibitâ diverſorum Dnn. Reſpondentium opera, non ſemel in Alma Philyrina ſubmiſſæ.

PRÆSIDE

LÜDERO MENCKENIO,
Phil. & J. U. D.

---

LISIÆ,
Apud JOHANNEM COLERUM.
M DC LXXXVII.

32 31

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636975-p0003-0

# L. B. S.

Cùm per ſummam ſtyli brevitatem & inſignem rerum copiam, qvam Compendium Juris Lauterbachianum complectitur, invitatus, illis, qvi meam in hauriendis legitimæ ſcientiæ fundamentis elegerant fidem, hoc libello duce qvotannis Pandectarum Opus exponerem, jactisqve ab ipſis in Jure fundamentis haud pœnitendis viam inveſtigarem, qvâ publicarum privatarumqve Diſputationum amantes, & inprimis in univerſo Juris Curſu (qvem hactenus, per Dei Gratiam, Juris Cultorum ingenio & induſtria adjutus, intra biennium feliciter abſolvi) mea opera utentes in publicum prodirent, adhibitæq; diligentiæ fructum Eruditorum animis auribusqve exponerent; placuit tandem hæc, qvam vides, ratio conſcribendi Theſes Lauterbachianas, in qvibus nihil in Controverſiam vocatum eſſe invenies, qvod Scholæ tantùm, non etiam Vitæ, uſum præſtet, Auctores Conſentientes & Diſſentientes non alios, qvàm eos, qvos ipſe adii, allegatos deprehendes, iisqve ſi Doctores junxeris, qvos ipſe Auctor adduxit, ſive Opponentis, ſive Reſpondentis, ſive Præſidis partibus ſuſceptis, abunde habebis; qvorum adminiculo uſus Spartam, qvam nactus es, exornare qveas. Cæterum textus theſin probantes è Compendio Digeſtorum Lauterbachiano petendi ſunt, à qvorum repetitione, ob Excellentiſſimi Auctoris ſingularem curam in iis adducendis adhibitam, abſtinendum fuit, ne actum agere viderer. Interim B L his, ſi placet, fruere, & hoc qvalecunqve ſtudium adjuvandi cupidam Legum Juventutem æqvo judicio dignare.

# DISPUTATIO I.

I.

EX II. LIB. I.

AUthenticæ non valent, niſi qvatenus cum Novellis conveniunt. Conſ. Rittersh. ad N. P. 13. c. 4. n. 8. Sixtin. d. Regal. l. 2. c. 15. n. 37. ſeq. Covarruv. ad c. ſi hæredes. 7. X. de Teſtam. n. 7.

2. Codex derogat Digeſtis. Diſſ. Frantz. Proœm. Pand. n. 14. Scot. ad Inſt. D. I. th. 7. Herm. Gœhaus. Per. Acad. 2. q. 12. Conſ. Fibig. Coll. leg. Semid. 1. q. 1. Carpz. P. 2. C. 7. d. 6. n. 7.

3. Conciliorum decreta, Pontificum Conſtitutiones, ſententiæ Patrum & Leges Romanæ in Decreto non habent majorem auctoritatem, qvàm auctores, unde compilatum eſt. Conſ. Ziegl. Diſſ. de Jur. Can. Or. & Increm. th. 40. ſeqq. Conſ. Vallens. Parat. J. C. Proœm. c. 8. n. 12. L. Engel. Coll. Un. J. Can. in proœm. n. 5.

4. De publica actuum freqventia & diuturnitate temporis ad eliciendam conſvetudinem cognoſcit Judex. l. 1. §. 2. ff. de Jur. del. unde nec regulariter actus repetitus. Conſ. Bartol. in l. de qvibus, 31. ff. d. leg. n 12. Schot. ad ff. d. 10. th. 1. Diſſ. Coler. d. Proc. Exec. Part. I. c. 3. n. 34. nec decennii lapſus ſufficit. Diſſ. Mynſ. Cent. 6. O. 41. n. 9. 10. Don. l. I. c. 10. l. e. Conſ. Menoch. Arb. Jud. Q. l. II. c. 81. n. 2. ſeqq.

5. Leges ſtatuum imperii Provinciales non rectè Edictis Prætorum comparantur. Diſſ. Schneidw. ad §. I. I. de obl. n. 5. Bartol. in l. 5. ff. d. V. O. n. 4. Conſ. Bach. ad πρῶτα t. de Statut. n. 5. Conf. Jaſon. in l. A Judice 5. C. d. Judic. n. 11.

6. Legitimati per ſubſeqvens matrimonium de conſvetudine (moderna ſc. non Jure feudali) in feudis ſuccedunt. Diſſ. Borcholt. de ſeud. c. 6. tit. de ſucceſſ. n. 48. Clar. ſent. l. IV. §. feudum. q. 82. n. 4. Conſ. Carpz. Diſp. V. Feud. th. 34. Bach. ad Tr. V. 1. D. 2. th. 6. l. f. verb. & in feudis. Conf. Struv. S. J. F. c. 9. th. 3. n. 12.

7. Digni-

7. Dignitas Doctoralis non liberat à patria poteſtate. *Diſſ.* Mynſ. *ad §.4.j. Qvib.m.pat.pot.n.7.Conſ.* Jaſon. *in l. Patre furioſo. ff. d. his qvi ſunt ſui vel al. n. 51.* Ungepauer. *Ex Juſt.3. q. ult.* Vultej. *ad §.3.I. qvib.m.pat.pot.n. 6.*

8. Molendina Pnevmatica ſunt immobilia (a) ut & navalia (b) (a) *v. Dec. El.N.* LIII. *ubi Conſ.* Philipp. *Obſ. 1.n.28. ſeqq.* Hahn. *ad Weſ. t. d. Rer. diviſ.n.4.verb.niſi.Diſſ.*Carpz. *P.3. C. 24. d. 8.n.5.* (b) *Diſſ.* id. *n.3.* Col. *Dec.* CCLXXXVI. *n. 287.* Beuſt. *d. Jur. Conn.* P. *2. c.69. it. l.admonendi.ff.d.jurej.n.957.pr.* Berl. P. III. *Concl. 30.n.12.* Strauch. *Diſſ. 7. Juſtin th.1.Conſ* Struv. *S. J. F. c.6.th.11.n.6.*Hahn. *ad* Weſ. *c. l.*

9. Immobilibus accenſentur lecti cum ſuppellectile ſua, in diverſoriis perpetui uſus gratiâ exiſtentes. *Diſſ.* Carpz. P. III. C.*24. d. 10. Conſ.* Frid. Penſold ad Coler.*dec.286.n. 289.*

10. Jurisdictio in generali & nativa ſignificatione etiam merum imperium complectitur. *Diſſ.* Hahn. *ad Weſ. t.de Jurisd.n.2. verb. Id. propriè.*Bach.*ad Treutl.V.*I.*D.3.th.1.l.a.Conſ.* Jaſon. *in l 3. ff. d. Jurisd. n. 9.10.Conſ.*Carpz. *P. 2. C.40.d.6.*Sutholt. *diſſ.d.Jurisdict.n.103.ſeqq.* Mevius *Part.4 Dec.290.* EX II. LIB. II.

11. Inſinuationes donationum fieri poſſunt coram judice incompetente.*Conſ.*Carpz. P. *2.* C.*12.d.18.* Bartol.*in l.3. ff. d. adopt.n.3.*Gail. *l.2. O.39. n.28. Diſſ.* Vaud. *var. qvæſt. l.* I. *q. 11.* Wiſſ. *P.* II. *D. 16. th. 13. Conſ.* Sutholt. *d.Jurisd.n. 334.*

12. Merum imperium nec hodie Jure Magiſtratus competit. *Diſſ.* Phil. Matthæi *ad l. 70. ff. de* R. I.*n 9.10.* Perez. *ad* C. *t. d. Jurisdict. omn.jud. n. 23.* Treutl. *V. 1. D.3. th.6. l. c. Conſ.* Bachov. *ad Tr. c. l.lit.e.* Hahn. *ad* Weſ. *t. d.Off.ej.cui mand.n 3.verb. Qvanqvam.*

13. Jurisdictio tam perſonalis qvam realis regulariter ſubordinatè conceſſa cenſetur.*Diſſ.* Scot. *ad ff. D. 12. th. 11.* Mynſ. C. VI.*O.99. Conſ.* Zigl. *d. Jur.Maj.l.*I.*c.29.th.13.ſeq.* Struv.*S.*I.*F.c.*VI.*a.18.n.6.*

14. Præſentes in cauſa, ad qvam citati non ſunt, in judicio reſpondere haud qvaqvam tenentur. *Diſſ.* Gail. *l.* I. *O.51.n. 7.8.* Mynſ. *Cent.* VI. *O.6.n.8. Conſ.* Hahn. *ad* Weſ. *t.d. in jus voc. n. 13. verb. Etiamſi.* Hillig. *ad Donell. l.23.c.2.l.6.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636975-p0007-3

15. Citatio etiam in cauſis notoriis non eſt omittenda. *Diſſ.* Menoch. *d.A.I.Q.l.I.c.17.n.15.* Treutl.*V.I.* D.*4.th.8.l.a.Conſ.*Gail.*l.1.O.48.n.2.Conſ.* Jul. Clar.*Sent.l.V.§.f.q.9.n.4.*

16. Libellus alternativus non eſt admittendus in actione hypothecaria. *Diſſ.* Gail. *l.I. O.62.* Berl. *P.I.Concl.12.n.28.* Bartol. *in l.rem alienam 41.ff.d.pignor.act.n.12.* Brunnem. *in l.16.§3.ff.d. Pignor. n.6. Conſ.* Bach. *d.pignor.l.3.c.12.n.8.*

17. Reus Actori edere tenetur inſtrumenta, ſi agatur de replicatione illius probanda. *Diſſ.* Hill. ad Donell.*l.XXIII.c.7.lit.l. Conſ.* Jaſon.*in l.f.C.d.edend.n.3.verb.ultimo.*Hart.Piſt.*O.218.n.24.Conſ.*Carpz.*l.3.Reſp.78.n.20.ſeq.*

18. Tacitum de non petendo pactum inter Creditorem & debitorem interceſiſſiſſe creditur, etiamſi, pluribus tabulis ejusdem debiti ſcriptis, non omnes fuerint redditæ. *Diſſ.* Vinn. *S. Q. L.I.c. 7.* Scot. *ad ff. D. XIV. th. 8.* Duaren. *ad l. 2. ff. de Pact. Conſ.* Bartol. *in l. 2. ff. d. Pact. n.7.* Menoch. *d. Præſumt. l. III. Præſ. 140. n. 8. 9.*

19. Circa viventis hereditatem pactum affirmativum, qvod fit de ſuccedendo, reſpiciens paciſcentium hereditatem regulariter J.Civ. nullum eſt, etiamſi ſit conſervativum. *Diſſ.* Carpz. *P. II. C. 35. d. 22.* Muſcul.*de Succeſſ.convent.memb.I.claſſ.1.concl.3.l.o.* Heigius *P. I. q. 23. n.14.ſeqq. Conſ.* Franz. *Ex. 8. q. 10.n.10.ſeq.* Hillig. *ad Donell. l. 12. c. 21. l. g. Conſ.* Andr. Scheffer. *Q. J. part. 2. q. 19.*

20. Transactio non infirmatur propter enormen læſionem ex l.2.C.d.Reſc.vend. *Diſſ.*Fach.*Controv. l.II.c.26.* Bartol. *in l. 2. C. d. Reſc. vend.n.7.Conf.* Berl. *P. II. Concl.42.n.5.Conſ.* Berous. *V.1. Conſ. 176. n. 25. ſeqq.* Ant. Perez *in C. l. 4.t.45.n.16.* Vinn. *S. Q. l.1.c. 57.* Ant. Faber. *d.Err.Pragm.dec.8. err. 10.*

EX II. LIB. III.

21. Non prohibentur donatarii contra donatorem poſtulare. *Conſ.* Hillig. *ad Donell. l.18. c.3. lit. ll.*

22. Aboletur infamia certi temporis lapſu ſi à Magiſtratu pœna temporalis famoſa ex causâ arbitriâ imponatur. *Diſſ.* Duaren. *ad t.d.Poſtul.c.6.Conf.* Cujac. *ad l. 1 C. de iis, qvi in exil. dati.* Struv. *S.J.C. Ex. 7.th. 23. Conſ.* Carpz. *Pr. Cr. q. 135. n. 59. ſeqq.*

23. Spu-

23. Spurii non laborant infamiâ facti. *Conſ.* Carpz. *P. III. C. 10. d. 10. Diſſ.* Fib. *Coll. leg. Semid. VII. q. 5. n. 5. ſeqq.* Mynſing. *Cent. 4. O. 31. Conſ.* Hart. Piſt. *l. 1. q. 30. n. 4. ſeqq.*

24. Clauſula de rato in mandatis Jure Civili non eſt neceſſaria. *Diſſ.* Weſ. *in parat. ff. t. d. Procur. n. 6.* Hill. *ad Don. l. XIIX. c. 12. l. ee. Conſ.* Rauch. *Part. 1. q. 2. n. 5. ſeqq.* Covarruv. *Var. Reſ. l. 1. c. 6. n. 4.*

25. Minores 25. annis, 17. annis tamen majores, non prohibentur de Jure Civili eſſe Procuratores. *Diſſ.* Zang. *de Except. Part. II. c. 8. n. 92. ſeq. Conſ.* Zigl. *ad Inſt. Jur. Can. l. III. t. 2. §. 2. verb. Niſi. it.* Phil. *ad O. P. S. T. III. Conſid. 2.* Ant. Fab. *in C. l. 2. t. 6. d. 30. Conſ.* Ant. Perez. *in C. l. 2. t. 13. n. 9.* Fibig. *in Vind.* Franz. *Ex. 2. q. 1.*

26. Negotiorum geſtor regulariter ad exactam diligentiam præſtandam obligatur. *Diſſ.* Hahn. *ad W. t. Negot. geſt. n. 10. verb. Aut Culpa.* Bach. *V. I. d. 10. th. 5. l. c. & d.* Hill. *&* Don. *l. 15. c. 15. lit. t.* Wurmſer. *Nucl. Jur. Contr. l. 3. t. 28. contr. 1. Conſ.* Arum. *Ex Juſt. 15. th. 11.*

27. Poſtulata in integrum reſtitutione executio fieri non poteſt. *Diſſ.* Carpz. *P. I. C. 26. d. 22.* Ant. Fab. *in Cod. l. 2. t. 30. d. 2. Conſ.* Laut. *Concl. for. Ex. XII. th. 1. l. c. Conſ.* Zang. *d Except. Part. 3. c. 26. n. 64.* Brunnem. *in l. un. C. in integr. reſt. poſtul. n. 1. ſeqq.* EX π. LIB. IV.

28. Annus utilis in reſtitutione ex capite metus non eſt mutatus in qvadriennium. *Diſſ.* Scot. *ad ff. d. XX. th. 8. Conſ.* Bach. *ad Treutl. V. 1. Diſp. 11. th. 3. l. a. verb. illud.* Hahn. *ad Weſ. t. qvod met. cauſ. n. 7.*

29. Dolus cauſam dans contractui contractum b. f. reddit ipſo jure nullum. *Diſſ.* Bach. *V. I. d. 28. th. 2. l. f.* Robert. *Animadv. l. III c. 1. 2. 4. Conſ.* Carpz. *P. II. c. 34. d 9. n. 3.* Zaſius. *in l. ſi qvis cum aliter. 36. ff. d. V. O. n. 1.* Gail. *l. II. O. 2. n. 6.*

30. Actio doli etiam in judicium deducta Jure Civili continuô bienniô præſcribitur. *Diſſ.* Cujac. *l. XIIX. O. 29.* Bach. *V. I. d. 11. th. 7. l. f. Conſ.* Brunnem. *in l. f. C. d. dol. mal. n. 7.* Bartol. *in d. l. f. C.* qvod nec moribus mutatum eſſe ſentio contra Grœn. *ad l. f. C. de dol. mal.*

31. Datur minori in integrum reſtitutio, etiam Juris Doctori, niſi juris ignorantiâ lapſus ſit. *Diſſ.* Duaren. *ad l. 1. C. Qvi & adverſ. qvos.* Gomez. *l. II. R. 14. n. 5. Conſ.* Fachin. *Controv. l. 3. c. 5.* Wiſſenb. *ad π. Part. 1. Diſp. 14. th. 4.*

32. Novô jure præſentibus adverſus abſentes ſuccurritur ordina-

dinariô remediô l. 2.C.de Ann.exc.qvô reſciſſoria actio non eſt ſublata. *Conſ.* Jaſon. *in §.rurſus.l. d. Action. n. 23.* Bartol. *in l. 2. C. d. Annal. Except.*

33. Non datur reſtitutio contra præſcriptionem propter ſolam ignorantiam. *Diſſ.*Boer.*Dec.* XXXIX.*n.10.*Gail.*l.*II.*O.19. n.18.* Cravett. *Conſ.*CCI.*n.34.Conſ.*Fach.*Contr.l.* I.*c.69.* Ferd. Vaſqv.*Contr.l.*II.*c. 75.n.3.* Hillig.*ad Donell.l.*XXI.*c.5.lit.d.*Struv.S.J.C.*Ex.* VIII. *th. 76. verb. Quæritur.*

34. Arbitri prohibentur eligi Judices, ad qvorum cognitionem cauſa jure ordinariô pertinet. *Diſſ.* Wiſſ. P. I.*d.15. th. 14.* Uffelm. *ad* Ritterſh.*Diff.J.C.&.C l.V.c.10.O.1.Conſ.* Bachov.*Comm.in prim. Part. π. t.d.recept.c.2.n.5.p.m.1239.* Ant.Fab.*inCod.l.*II.*t.35.d.2.Conſ.*Donell.*enucl. l.*XVII.*c.10.lit.ee.*Brunnem.*in l.9.§.2.ff.de Recept.qvi arb. n.1.*

# DISPUTATIO II.

1.

EX II. LIB. V. IN domicilii foro reus conveniri poteſt actionibus poſſeſſoriis. *Diſſ.* Don.*l.*XVII.*Comm.c.17.l.d.ibiqve vid.*Hillig.*lit.f.*Zang.*de Except. Part.* II.*c.1.n.333.Conſ.*Bach.*V.*I.*Diſp.3.th.8.l.g.Conf.*Brunnem.*in l.un.*C.*Ubi de hær.ag.it.in l.f.*C.*Ubi in rem act.n.14.*Cujac.*in d. l. un.*

2. Forum delicti tam eſt, ubi delictum inchoatum, qvàm ubi conſummatum. *Diſſ.* Carpz. *Pr.Cr.Part.*III.*q.110. n. 16.ſeqq. Conf.* Laut. *Concl.for.Ex.*XII.*th.10.l.a.* Zang. *d. Except. Part.* II. *c.1. n. 231. ſeqq. Conſ.* A.Matth.*de Crim.l.*XLIIX.*t.13.c.5.n. 8.*

3. Forum ſortitur reus in loco rei ſitæ, etiamſi res mobilis in eum non perpetui uſus gratiâ translata ſit. *Diſſ.*Perez. *ad t.* C.*Ubi in rem act.n.1.Conf.*Hill.*ad Don.l.*XVII.*c.17.l.m.*Mevius *Part.4.dec.74.n.7.Conſ.* Laut.*Concl.for.Ex.* XIV.*th.12.*Struv.S.J.C.*Ex.*IX.*th.53.*

4. Rei ſtatim in Conſiſtorio Principis conveniri poſſunt, ſi actores ſint pupilli, viduæ aut perſonæ injuriâ fortunæ miſerabiles, ſive pauperes, ſive divites, (a) non tamen virgines. (b) (a) *Diſſ.* Matth. de Afflictis *ad Conſt.Neapol.l.*I.*Rubr.33.n.4.* Maranta *de Ord. Jud. l.* IV. *diſt.9.n.79.* (b) *Diſſ.* Hill. *ad Don.l.*XVII.*c. 20.l. b. Conſ.* Covarruv. *Pr. Qvæſt.c.*VII.*n. 2.*

5. Reqviritur ad qverelam ritè facta excluſio, ſc. ut Pater & Avus deſcendentes ſuos nominatim exhæredaverint, mater & alii cognati utcunqve præterierint vel exhæredaverint. Qvæ diſtinctio nec Novellarum Jure eſt ſublata. *Diſſ.* Ludvv. *d. U. V. Part. 2. c. 2. §. Eag. p. 235. ſeqq.* Duar. *ad t. ff. de Injuſt. rupt. irr. c. 2. Conſ.* Cujac. *in l. 4. ff. d. lib. & poſth. lit. c.* Hillig. *ad Donell. l. 6. c. 13. lit. f. Conſ.* Vinn. *S. Q. l. 2. c. 20.*

6. Ex mente Imperatoris Juſtiniani aliæ qvoqve exhæredationis cauſæ, qvàm qvæ in N. CXV. c. 3. expreſſæ ſunt, admittuntur. *Diſſ.* Ludvv. *d. U. V. Part. 2. c. 4. p. 383.* Don. & Hill. *l. 6. c. 12. l. m.* Vultej. *ad pr. I. de inoff. teſt. n. 14. Conſ.* Jul. Clar. *Sent. l. 3. § teſtamentum. q. 41. n. 2.* Gomez. *l. I. R. 11. n. 12.* Gudelin. *d. Jur. Nov. l. 2. c. 8. verb. notandum.* Struv. *S. J. C. Ex. 32. th. 33.*

7. Victoria Parentum in qverela inofficioſi teſtamenti etiam fratribus germanis, (a) Fratrumqve conſangvineorum victoria etiam uterinis & germanorum liberis prodeſt. (b) (a) *Diſſ.* Treutl. V. I. D. 13 *th. 4. l. d.* Vultej. *ad pr. I. d. Inoff. teſt. n. 9.* (b) *Diſſ.* Scot. *ad ff. D. 24. th. 9.* Arum. *Ex. 10. Juſt. th. 16.*

8. Tacitam ſubſtitutionem pupillarem excludere matrem à qverela de Jure communi defendi poteſt. *Diſſ.* Fach. *Contr. l. 4. c. 40.* Cujac. *l. 12. O. 26. l. g. h. Conſ.* Struv. S. J. C. *Ex 33. th. 29.* Hart. Piſt. *Obſ. 30. n. 2.*

9. Fratre in qverela adverſus fratris teſtamentum obtinente, hæredis inſtitutio unà cum reliqvis teſtamenti capitibus reſcinditur. *Diſſ.* Jul. Clar. *l. 3. §. teſtamentum. q. 52. num. 5.* Treutl. *V. I. d. 13. th. 7. l. c. ubi Conſ.* Bach. *verb. an in præteritione.*

10. In computatione legitimæ numerantur juſtè exhæredati. *Diſſ.* Fach. *Contr. l. 4. c. 31.* Boer. *Dec. 104. n. 8. Conſ.* Cujac. *ad N. 18. lit. f.*

11. Voluptuarias impenſas in hæreditatem factas b. f. poſſeſſor deducit. *Diſſ.* Don. *l. 20. c. 7. l. h. Conſ.* Ungepauer. *Ex. Juſt. 6. q. 2. Conſ.* Bach. *V. I. D. 14. th. 19. l. c.* EX II. LIB. VI.

12. Utili vindicatione non tenetur b. f. poſſeſſor, ſi poſſeſſionem ante litis conteſtationem, licet latâ culpâ, amiſerit. *Diſſ.* Brunn. *Ex. 26. Juſt. ad §. 1. de Act. verb. Altera. Conſ.* Struv. *c. 17. Dec. Sabb. 29.*

13. Bonæ fidei poſſeſſor fructus ante litem conteſtatam perceptos qvoscunqve ſuos facit. Diſſ. in naturalibus fructibus Donell, l. 4. c. 25. l. f. & ſeqq. Duar. ad Tit. de Uſur. & fruct. capit. Qvi fructus in reſt. ven. p. 1004. 1005. Wiſſenb. ad l. 136. ff. de Reg. jur. th. 4. Conſ. Franz. Ex. 4. q. 7. Struv. S. J. C. Ex. 11. th. 21. Conſ. Hart. Piſt. Part. 4. q. 26. Covarruv. Var. Reſ. l. 1. c. 3. n. 6. de fructibus conſumtis, licet inde locupletior factus ſit, ſecurus eſt. Diſſ Ludvv. Ex. 4. th. 6. l g. Hart. Piſt. l. 4. q. 25. n. 3. 4. Conſ. Franz. c. l. q. 9. it. de fructibus naturalibus diſſentit Cujac. ad African. Tract. 7. ad l. 40. ff. de acq. rer. dom. reſtituit tamen extantes naturales & induſtriales. Diſſ. Don. l. 4. c 26. l. a. b. Ungep. Ex. 5. Juſt. q. 13. in Nego. Conſ. Fach. Contr. l. 1. C. 57. Franz. c. l. q. 8.

14. In rei vindicatione reus actori rem ſuam non refusô pretiô reſtituere tenetur, etiamſi reus illam emerit cum expreſſa proteſtatione, qvod domino reſtituere velit. Diſſ. Jul. Clar. Sent. l. 5. §. furtum. n. 26. Carpz. P. 4. C. 39. d. 7. Finckelthauſ. Obſerv. 57. Conſ. Moller. Semeſtr. l. 3. c. 10. Conſ. Dec. El. N. 90.

15. Mala fides ſuperveniens actionem publicianam non excludit, etiam Jure Canonicô. Diſſ. Treutl. & Bach. V. 1. d. 15. th. 13. l. c. Conſ. Schneidvv. ad §. 4. I. d. Action. n. 56. ſeqq. Struv. S. J. C. Ex. 11. th. 42.

16. Ad Contractum emphytevticum ſcriptura præcisè non reqviritur. Diſſ. Scot. ad ff. D. 38. th. 19. Borcholt. de feud. c. 3. n. 7. Conſ. Moll. ad P. 2. Conſt. El. 39. n. 5. Joh. Harprecht. Diſp. Juſt. Part. 2. D. 11. lit. f. Hillig. ad Donell. l. 9. c. 13. lit. h.

17. Jus emphytevticum transmittitur ad hæredes teſtamentarios & legitimos omnes, ſive emphytheuſis ſit Eccleſiaſtica, ſive civilis. Diſſ. Bocer. Claſſ. 1. d. 15. th. 49. l. c. Clar. recept. Sent. l. 5. §. emphytevſis. q. 28. n. 7. Ant. Perez. in C. l. 4. t. 66. n. 4. Conſ. Bach. ad Tr. V. 1. D. 29. th. 10. l. a. Ziegl. ad Inſt. J. C. l. 2. t. 27. §. 7. verb. inculta.

18. Culpoſa & inſigni rei deterioratione amittitur Emphyteuſis Eccleſiaſtica & Civilis. Diſſ. Ludvv. Comm. ad l. 1. C. de bon. mat. p. m. 552. Conſ. Mynſ. Cent. 6. O. 86. n. 1. Jul. Clar. Sent. l. 4. §. emphyteuſis. q. 26. Conſ. Hart. Piſt. l. 1. q. 28. n. 2. 4.

19. Moram intra tempus lege definitum per Canonem non ſolutum in Emphyteuſi tàm Civili, qvàm Eccleſiaſtica contractam, emphyteuticarius ante domini declarationem canonem offerendo purgare poteſt. *Diſſ.* Berl. *P.2. Concl.46.n.47.* Fach. *Contr.l.1.c.98.* Wiſſ. *ad Pand. Part. I.d.18.th.36.Conſ.* Struv. *Dec.Sabb.c.X.Dec.12.*

20 Uſus fructus conſtituitur tacitâ voluntate à Domino, mediante præſcriptione longi temporis & concurrente titulô. *Diſſ.* Bach. *adTr.V.I.d.17.th.9.l.b.* Vinn. *S.Q.l.I.c.31.Conſ.* Carpz. *P.2.C.4.d 2.n.5.* Hill. *ad Don. l.11.c.12.l.c.* Franc. Duar. *Diſp.anniverſ.l.1.c.34.* EX π. LIB. VII.

21. Ab uſufructuario exigitur media diligentia. *Diſſ.* Andr. Scheff. *Part.2 q.11.n.9.* Perez. *in C.t.de Uſufr.n.18.Conſ.* Struv. S.J.C. *Ex.12. th. 23.*

22. Uſusfructus accreſcit, ſi conjunctim pluribus legetur & alter defecerit, etiamſi ſint verbis tantùm conjuncti. *Diſſ.* Cujac. *l.24. O. 34.* Wurmſ. *in Nucl. Jur. Controv l.2.t.20.contr. 4.* Fach. *Controverſ. l. 5. c. 50. Conſ.* Ludvv. *d.U.V. Part.I.c.5.p.154.ſeqq.*

23. Uſusfructus finitur ceſſione extraneo factâ. *Diſſ.* Hill. *ad Don l. X.c.19.l.b.* Weſenbec. *in parat.ff.t. Qvib.mod.uſufr.n.5.* Pinell. *d.bon. matern.l.I.C.part.3 n.39.Conſ.* Cujac. *ad Ulpian.tit. 19. verb. velut uſusfructus. Conſ.* Bach. ad Tr. *V.I.Diſp.16.th.10.l.a. & b.*

24. Si uſufructuarius fidejuſſoribus cavere neqveat, judicis arbitrio juratoria cautio admittitur. *Diſſ.* Mynſ. *Cent.6.O.48.n.8.* Eck. C. J. *t.Uſufr qvemadm.cav.* §. *4. Conſ.* Gail. *l.2.O.47.n.7.* Ant. Perez. *in C. l.3. t.33. n.5.* Struv. S.J.C. *Ex.11.th.65.*

25. Remiſſio cautionis uſufructuariæ à teſtatore facta pro non adjecta habetur. *Diſſ.* Hunn. *R.l.2.Tr.2.q.26.* qvòd ſi autem in vero uſufructu cautionem de reſtituenda re uſufructuaria remitti poſſe credideris cum all. Bach. Vinn. *S.Q.l.1.c. 29.* Franz. *ad ff. t. Uſufr. qvemadm. cav.n.7.* Struv. S.J.C. *Ex.12.th.70.* non repugnabo.

26. Servitutes acqviruntur longi temporis præſcriptione, licet ſint diſcontinuæ. *Diſſ.* Cæpolla *de Serv. Urb. præd. c. 19. n. 4.* Rosbach. *Compar. Jur. Civ. & Can. l. 2. c.2.n.5. Conſ.* Bach. ad Tr. *V.* I. *D.17.th. 8. l. a.* EX π. LIB. VIII.

27. Prædia urbana & ruſtica æſtimantur hìc non ex loco, ſed ex

 uſu.

uſu. *Diſſ.* Vinn. *S.Q.l.1.c.30.* Don. *l.11.c.4.l.b.c.* *Conſ.* Hill. *ad eund.* Struv. S.J.C. *Ex.13.th.5.6.* Franz. *Ex.V. q. 1.*

28. Servitus altiùs tollendi non eſt, qvando jure ſervitutis cogere poſſum vicinum, ut altiùs tollat ſuas ædes. *Conſ.* Hill. *ad Don. l.11.c.5. l.h.* *Diſſ.* Cæpoll. *de S.P.U.c.26.n.2.* Schneidvv. *§.1.de Serv.P.R.& V.n.17.* *Conſ.* Hahn. ad Weſ. *t.d.Serv.Urb.præd.n.3.*

29. Proprium parietem qvis liberè, etiam non conſtitutâ ſervitute, aperit. *Diſſ.* Cujac. *l.1.O.31.* Duaren. *Diſp. anniverſ. l.I.c.33.* Coſtal. *ad l.4.ff.de Serv.præd.urb.* *Conſ.* Franz. *Ex.V.q.3.*

30. Servitus altiùs non tollendi & altiùs tollendi ſunt diverſæ, non eædem. *Diſſ.* Bach. V.I.D. *17.th.3.l.d.* id. *de Act.d.2.th.22.* *Conſ.* Hahn. *ad Weſ.t.de Serv.urb.præd.n.3.* Vinn. *ad §.1.I.de Serv.præd.R.& V. n. 6.*

31. Actio negatoria fundat ſe in libertate, qvæ probanda, ſi adverſarius eſt in qs. poſſeſſione ſervitutis. *Conſ.* Franz. *t.ſi uſufr.pet.n. 7.* *Conſ.* Laut. *Concl.for.Ex.18.th.10.* Mevius. *Part.4.Dec.291.*

# DISPUTATIO III.

I.

EX II. LIB. IX. UTilis actio de pauperie datur, ſi fera beſtia, qvæ in alicujus dominio eſt, damnum dederit. *Diſſ.* Brunnem. *ad l. fin. ff. Si qvadrup. paup.* Joh. Thomæ *d. Nox. animal.c.3.n.40.ſeqq.*

2. Actio Legis Aqviliæ non datur provocanti vulnerato ad expenſas & intereſſe. *Conſ.* Moller. *ad Part.4.Conſt.El.10.n.10.* Coler. *Dec. 161.n.66.*

3. In Legem Aqviliam non incidit, qvi avertendi incendii gratia ædificium deſtruxit, dummodò de juſto metu conſtet. *Diſſent.* Scot. *ad ff. d. 28. th. 7.* *Conſ.* Struv. *Diſſ. de Ædif. priv. theſ.69.*

4. Utilis actio L. Aqviliæ libero homine occiſo datur illius hæredibus ratione expenſarum & damni vulnerationis. *Diſſ.* Cujac. *l. 21.O.20.* Treutl. *V.I.d.18.th.10.l.g.ubi* *Conſ.* Bach. Gomez. *l.3.c.5.num.37.* Durand. *Spec.Jur.l.4.part.4.t.d.Injur.§.2.n.4.*

5. Qvi

5. Qvi agit contra vicinum, in cujus ædibus ignis exortus eſt, probare tenetur ipſius culpam. *Conſ. Dec. El. N. 80.* Gail. *l. 2. O. 21. n. 4.* *Conſ.* Moller. *Semeſt. l. 4. c. 31.* Cujac. *l. 17. Obſ. 29.* Philipp. *ad d. Dec. O. 1.*

6. Actio finium regundorum præſcribitur longiſſimo tempore. *Diſſ.* Treutl. *V. I. d. 19. th. 8. l. c. d. Conſ.* Bachov. *d. l.* Vinn. *S. Q. l. 1. c. 34. verb. Duo ergo.* EX II. LIB. X.

7. Diviſio hæreditatis per ſententiam judicis, qvæ tranſiit in rem judicatam, facta firma eſt, licet immodicè qvis læſus ſit. *Diſſ.* Scot. *ad ff. Diſp. 28. th. 24.* Weſenb. *in parat. ff. t. fam. herc. n. 9. Conſ.* Zobel. *Differ. Jur. Civil. & Saxon. Part. 2. Diff. 38. num. 6.*

8. Privato hæredum arbitrio facta diviſione reſarciri debet etiam modica inæqvalitas. *Diſſ.* Ant. Fab. *de Err. pragm. Dec. 8. err. 1. 6. f.* Wiſſenb. *Part. I. d. 22. th. 24. Conſ.* Ant. Perez. *in C. l. 3. t. 38. n. 5.* licet diviſio per ſortem facta. *Diſſ.* Gomez. *l. 2. R. 14. f.* Faber. *d. l. err. 2. f.* Arum. *ad l. 2. C. de Reſc. vend. Diſp. 2. th. f. Conſ.* Schurff. *Cent. 1. Conſ. 28. n. 9.*

9. Objectum actionis ad exhibendum ſunt res mobiles & immobiles actori incognitæ. *Diſſ.* Meier. *in C. A. t. ad exhib. th. 6. it.* Weſ. *in parat. ff. d. t. n. 5. ubi Conſ.* Hahnius.

10. Forum qvis ſortitur ex continentia cauſarum etiam in criminalibus. *Diſſ.* Grœn. *d. LL. abrog. t. de qvib. reb. ad eund. n. 2. Conſ.* Menoch. *de Arb. Jud. Qvæſt. l. 2. caſ. 371. n. 12.* EX II. LIB. XI.

11. Famulis ante finitum locationis tempus à dominis diſcedentibus integra merces non debetur, ne qvidem præcedentis temporis. *Conſ.* Carpz. *Part. 2. Conſt. 51. d. 13.* Col. *P. I. dec. 201. n. 12. 13.* Moller. *Semeſt. Part. 2. c. 17. Conſ.* Laut. *Concl. For. Ex. 21. th. 5.*

12. Sponſiones per ſe omni jure ſunt licitæ. *Diſſ.* Wiſſ. *ad π. P. I. d. 23. th. 18. Conſ.* Heig. *Part. 2. qv. 10. n. 53. ſeqq.* Fibig. *Coll. leg. Semidec. 10. q. 1. Conſ.* Andr. Scheffer. *Part. 1. q. 3. 4.*

13. Salaria Chirurgorum Medicorum &c. in ultima curatione ſtricto jure ad ſumtus funeris non pertinent. *Diſſ.* Moll. *ad P. I. C. El. 28. n. 27.* Berlich. *P. I. Concl. 64. n. 96. 99. Conſ.* Wiſſ. *ad π. P. I. d. 23. th. 23.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636975-p0015-7

EX II. LIB. XII.

14. Qverela non numeratæ pecuniæ obtinet etiam inter mercatores. *Diſſ.* Coler. *de Proc. Exec. P. 4. c. 1. n. 109.* *Conſ.* Fach. *Contr. l. 2. c. 86.* Struv. *c. 13. Dec. Sabb. 30.* Scot. *ad ff. d. 29. th. 22.*

15. Qverela non numeratæ pecuniæ locum habet etiam in cambiis. *Diſſ.* Struv. *c. 13.* Dec. *Sabb. 31.* Carpz. *de Contr. mut. poſ. 18.* *Conſ.* Laut. *Concl. for. Ex. 22. th. 16. 18.* Jaſon. *in l. Qvi pecuniam. ff. ſi cert. pet. n. 6.*

16. Exceptio non numeratæ pecuniæ excluditur præſcriptione biennii; debitor tamen auditur ſi probare velit numerationem non eſſe factam: nam habet generalem doli exceptionem. *Diſſ.* Zang. *de Except. Part. 3. c. 14. n. 66. ſeq.* Donell. *Comm. l. 14. c. 38. l. b.* Gudel. *de Jur. Nov. l. 3. c. 6. verb. Porrò.* Fach. *Contr. l. 2. c. 81.* *Conſ.* Gomez. *Variar. Reſolut. lib. 2. c. 6. num. 7.*

17. Contra apocham Creditoris XXX diebus præſcribitur qverela non numeratæ pecuniæ, nec poſtea probaturus nihil aut minus eſſe ſolutum auditur. *Diſſ.* Anton. Fab. *in Cod. l. 4. t. 22. d. 7. n. 4.* *Conſ.* Carpz. *d. Contr. mutui. poſ. 19.* Harpr. *Part. 2. Diſp. 8. Inſt. th 27.*

18. Non defertur juramentum purgationis ſtuprum confeſſio ratione promiſſi matrimonii, ſi aliæ non adſint conjecturæ. *Diſſ.* Beuſt. *de Sponſal. Part. I. q. 47.* Conſult. Sax. *t. de Matrimon. Part. I. q. 6.* *Conſ* Dec. *El. N. 81. & ad eand.* Philipp. *Obſ. 2.*

19. Juramentum judiciale deferri poteſt ab actore etiamſi deferens nihil probaverit. *Diſſ.* Bachov. V. I. *d. 21. th. 9. l. c.* Durand. *Spec. Jur. L. 2. Part. 2. Rubr. de Juram. delatione. n. 4.* *Conſ.* Hill. *ad* Don. *l. 24. c. 20. l d.* Berl. *Part. I. Concluſ. 29. n. 8.* Cujac. *l. 22. O. 28.* vel actor probaturus defecerit. *Conſ.* Fab. *de Err pragm. Dec. 19. err. 9.* Fach. *Contr. l. 1. c. 20. ubi Diſſ.* Setſer. *d. Jurej. l. 4. c. 2. n. 39.*

20. Infamis poteſt deferre juramentum: nam relationis impedimentum non ſtatim impedit delationem. *Diſſ.* Ant. Fab. *in Cod. l. 4. t. 1. d. 17. id. de Error. pragm. Dec. 19. error. 8. f.* Carpz. *Proc. T. 2. art. 1. n. 86. ſeqq.* *Conſ.* Cravett. *Conſ. 203. num. 19. 20.*

21. Si mortuus ſit, cui delatum eſt jusjurandum judiciale, hæres non poteſt illud præſtare. *Diſſ.* Treutl. V. I. *d.21. th. 10. l. g.* *Conſ.* Setſer. *tr. de Jurej. l.4. c.3. n.26. ſeq.* Zobel. *diff. J.C. & Sax. Part. I. diff. 28.* Hillig. *ad* Donell. *l.24. c.13 l.a.*

22. Juramentum judiciale eo, cui delatum eſt, mortuo non habetur pro præſtito. *Diſſ.* Mynſ. *Cent. I. O. 13.* Schulz. *S. J. t. de Action. lit. h.* Coler. *Part. 1. dec. 116. n. 12.* *Conſ.* Brunnem. *Proc. Civ. & Crim. c. 23. n. 20.*

23. Juramentum ſuppletorium etiam ex officio defert Judex. *Diſſ.* Anton. Fab. *in Cod. l.4. t.1. d.8.* Fibig. *Proc. Part. 2. c. 2. p. m. 593. ubi Conſ.* Excell. Dn. Swendend. Scot. *ad ff. d.30. th. 24.* Fach. *Contr. l.1. c.16.*

24. Judex præſentibus reqviſitis juramentum ſuppletorium prætermittere non poteſt. *Diſſ.* Don. *comm. l. 24. c. 19. l. u. x. ubi* *Conſ.* Hill. *Diſſ.* Berl. *P. 1. Concl. 53. n. 53. ſeq.* *Conſ.* Coler. *Part. I. c. 10. n. 140.* Carpz. *Proc. t. 12. c. 2. n. 16.* Moller. *Part. I. C. 23. num. 67.*

25. Actor vel reus, cui defertur juramentum ſuppletorium, de veritate jurare debet. *Conſ.* Mynſ. *Cent. 1. O. 68. n. 2.* Menoch. *Arb. Jur. Qvæſt. l. 2. cent. 2 c. 190. n. 5. ſeq.*

26. Non defertur juramentum ſuppletorium, ſi factæ probationes per contrarias alterius eliſæ & utrinqve æqvales ſint. *Diſſ.* Don. *Comm. l. 24. c. 19. lit. t.* Duaren. *diſp. anniverſ. l. 2. c. 33.* *Conſ.* Franz. *ad ff. t. de Jurej. n. 133.*

27. Juramentum in litem affectionis præſtari poteſt etiam in judicio emti. *Diſſ.* Fab. *de Err. pragm. Dec. 17. err. 7.* Hill. *ad* Don. *l. 26. c. 8. l. g. h.*

28. Differentia inter actiones bonæ fidei & ſtricti Juris directas & contrarias in materia jurisjurandi in litem hodie non eſt ſublata. *Diſſ.* Carpz. *Part. 3. Dec. 265. n. 10. 11.* *Conſ.* Brunneman. *ad l. 5. ff. de in lit. jur. n. 3. 9. 10.*

29. Si qvis judici aliqvid dederit ut in bona cauſa pro ſe judicet, datum condictione ob turpem cauſam non repetitur. *Diſſ.* Perez. *ad Cod. h. t. n. 7.* Coſtal. *ad l. 2. ff. de cond. ob turp. cauſ.* Arum. *ad ff. d. 11. ſeqq.* Donell. *Comm. l. 14. c. 25. l. b.* Menoch. *Arb. Jud. Qvæſt. l. 2. c. 343. n. 5. it. c. 342. n. 19. ſeqq.*

30. Illius,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636975-p0017-8

30. Illius, qvod in diem incertum tantùm qvando promiſſum, & ante diem ſolutum eſt, interuſurium ob citiorem ſolutionem exigi non poteſt. *Diſſ.* Duaren. *ad t. ff. de cond. indeb. c. 5. Conſ.* Scot. *ad ff. d. 21. th. 5.*

31. In jure errans ſolutum non condicit, etiamſi nulla ſubſit obligatio naturalis jure civili agnita. *Diſſ.* Hahn. *ad Weſ. t. de Cond. indeb. n. 9. Conſ.* Franz. *Ex. 11. q. 8.*

32. Condictio indebiti non ceſſat ob illius renunciationem expreſſam. *Diſſ.* Clud. *d. Cond. indeb. c. 5. n. 19. & præc.* Coſtal. *ad l. f. ff. de cond. indeb. n. 2. Conſ.* Duar. *ad t. d. cond. ind. c. f.* Brunn. *ad l. f. ff. eodem. n. 2.*

# DISPUTATIO IV.

I.

EX II. LIB. XIII. CONdictio furtiva datur contra heredes furis in ſolidum. *Diſſ.* Cujac. *l. 7. O. 37. Conſ.* Tab. *Rac. Crim. 2. th. 54.* Struv. *Synt. J. C. Ex. 19. th. 54.* licet nihil ad illos ex delicto pervenerit & fur laqveo ſuffocatus fuerit. *Diſſ.* Berl. *Part. 4. Concl. 19. n. 35. Conſ.* Heig. *Part. 2. qv. 23. n. 22. ſeq.* Rauchb. *Part. 2. q. 10. n. 14.* Laut. *Concluſ. for. Ex. 25. th. 4. Conſ. Dec. El. N. 86.*

2. Illi, cui furtum eſt factum, non competit in bonis furis tacita hypotheca. *Diſſ.* Moller. *Semeſtr. l. 2. c. 19. n. 11.* Berl. *Part. 1. Concluſ. 67. num. 75.*

3. Actio ex L. Diffamari non eſt condictio ex lege, ſed imploratio officii Judicis. *Diſſent.* Treutl. V. I. *d. 23. th. 1. l. d. Conſ.* Brunnem. *ad l. un. ff. de Cond. ex leg. n. 2.* Wiſſ. *ad π. Part. I. D. 26. th. 6.*

4. Judex in actione de eo qvod certo loco intereſſe rei etiam poſt moram rationem habet. *Diſſ.* Cujac. *ad Africanum Tr. 3. in l. 8. ff. h. p. m. 398. l. h.* Bachov. *ad Tr. V. I. d. 23. theſ. 4. l. c.* Hahn. *ad Weſenb. t. de eo qvod cert. n. 6. Conſ.* Scot. *ad ff. d. 31. th. 19.*

5. Actor

5. Actor actionem de eo qvod certo loco inſtituere poteſt tantùm in loco, ubi reus aliàs forum ſortitur, ut in loco domicili. *Diſſ.* Carpz. *l.2. Reſp.30.n.13. Conſ.* Scheffer. *Part.1.q.35.* in loco contractus, ſcil. ſolutioni deſtinato, inſtituitur directa actio.

6. Si duo in ſolidum obligati proprium illud debitum conſtituerint, ab uno ſolidum exigi poteſt, qvod non eſt correctum per l. f. C.d.Conſt.pec. *Diſſ.* Treutl. *V.I.D.23.th.8.l.c.* Perez. *ad C.t.d.Conſt.pec.n.14. Conſ.* Lauterb. *V.I.D.4.de benef.diviſ.th.19.*

7. Si qvis pluribus rem pariter commodaverit, & omnium fidem in ſolidum ſecutus ſit, contra ſingulos in ſolidum competit actio non tantum qvoad doli & culpæ præſtationem, ſed etiam quoad ipſam obligationem primitivam & rei reſtitutionem. *Conſ.* Brunnem. *ad l.5.§.f.ff.h.* Scot. *ad ff. D.32. th. 8.* Duaren. *ad t. Commod. c. 8. p. m. 958.*

8. Rei commodatæ, qvæ deterior facta eſt, intereſſe præſtatur, etiamſi commodans eam ſciens ſimpliciter receperit. *Diſſent.* Wiſſ. *ad π. Part.I.D.27.th.13.* Coſtal. *ad l.3. ff. de dol. mal. Conſ.* Struv. *c. V. Dec. Sabb.6.*

9. Qvi pacto in ſe ſuſcepit caſus fortuitos, etiam inſolitos præſtare tenetur. *Diſſent.* Aym. Cravett. *Conſ. 294. n.8. verb. infertur ex præmiſſis.* Zang. *de Exc. P.3.c.24.n.4.ſeq.* Rauchb. *part. 2. qu. 29. n. 19. Conſ.* Fach. *Contr.l.1.c.86.*

10. Pactum ἀντιχρήσεως tacitè initur admodum legitimarum uſurarum in caſ. l.8. ff. Qvib.m.pign. *Diſſ.* Vinn. *S.Q.l.2.c.7. Conſ.* Bachov. *d.Pign.l.1.c.14.num.4. Conſ.* Cujac. *l.8.O.17.*

11. Pactum commiſſorium pignori adjectum non valet, licet ex intervallô ſit additum. *Diſſ.* Hunn. *R.l.3.Tr.7.part.1.q.5.* Lipskius *Cent.2. O.32.n.4. Conſ.* Bach. *V.2.D.1.th.6.l.d.verb. Neqvis.* Brunn. *Ex.17.* Juſt. *ad §.f.1. Qvib.m.re contr.*

12. Actio pignoratitia eſt perpetua ita ut debitor etiam poſt 30. & 40. annos debitum offerre & hac actione pignus repetere poſſit. *Diſſ.* Gothofr. *ad l.7.§.3.C.de Præſcr.30.vel 40.lit.i.* Vinn. *S.Q.l.2.c.6.* Bach. *d.Pignor.l.V.c.20. Conſ.* Ant. Faber. *in C.l.8.t.19.d.19. Conſ.* Bartol. *in l.13. ff. de Uſucap.*

EX II. LIB. XIV.

13. Si plures exercitores navem per Magiſtrum exercent, ex illius contractu ſinguli in ſolidum obligantur. *Diſſ.* Grot. *d. J. B. & P. l. 2. c. 11. th. 13.* Grœn. *de LL. Abrog. ad §. 2. I. Qvod cum eo qvi &c. n. 1. 2. Conſ.* Scot. *ad ff. D. 33. th. 5.* Laut. *Concl. forenſ. Ex. 26. th. 1. l. 4.*

14. Contributio ex Lege Rhodia æqvitatis intuitu per extenſionem locum habet, ſi urgente incendio domus aliqva diruta ſit cæterarum conſervandarum cauſa, neqve hic diſtingvendum, an qvodammodo certum fuerit, dirutam domum nihil ominus perituram, nec ne? *Conſ.* Laut. *Diſſ de Æqvit. & extenſ. Leg. Rhod. th. 14. 16. 17.*

15. Non jure inſtitores præponunt, qvi negotiationem qvæſtuariam exercere prohibentur. *Diſſ.* Brunn. *ad l. 2. ff. de admin. rer. ad civ. Conſ.* Ziegl. *de J. Maj. l. 1. c. 41. th. 12.* Lipsk. *Cent. I. O. 74. n. 5. Conſ.* Menoch. *de Arb. Jud. Qv. c. 459.*

16. Inſtitor finito officio ex contractu, qvem ut inſtitor iniit, conveniri neqvit. *Diſſ.* Duaren. *ad t. d. Inſtor. act. c. 4. Conſ.* Bachov. *d. Action. Diſput. 8. theſ. n. j.* id. *ad* Treutler. *V. I. D. 24. theſ. 7. l. c.*

17. Si ſervus plures exercuerit negotiationes, vel ejusdem negotiationis plures habuerit tabernas, cujuscunqve negotiationis vel tabernæ merces ſeparatim inter ejusdem Creditores diſtribuuntur. l. 5. §. 15. 16. ff. d. trib. act. qvod Doctores perperam ad liberi hominis negotiationes extendunt. *Diſſ.* Paul. de Caſtro *ad d. l. 5. §. 15. n. 1.* Tib. Decian. *V. 2. Reſp. 107. à num. 29. ad 37. Conſ.* Laut. *Concl. for. Ex. 26. th. 14.*

18. Senatus Conſultum Macedonianum conſulit filio familias etiam in dignitate conſtituto, modò per dignitatem à patria poteſtate non ſit liberatus. *Diſſ.* Coſtal. *l. 1. ff. ad SCt. Mac.* Hahn. *ad Weſenb. d. t. n. 5. Conſ.* Struv. *S. J. C. Ex. 20. th. 57.*

19. Exceptio SCti Macedoniani poſt ſententiam demum oppoſita ejus executionem impedit. *Diſſ.* Zang. *d. Except. part. 3. c. f. n. 93. Conſ.* Gomez. *Reſ. l. 2. c. 6. l. c.* Hill. & Donell. *l. 22. c. 8. lit. l.* Coler. *d. Proc. Exec. part. 4. c. 1. n. 163.*

20. Ceſſat

20. Ceſſat Exceptio SCti Macedoniani ſi filius totum debitum ejusve partem ſolverit. *Conſ.* Zang. *de Except. part. 3. c. 12. n. 44.* Scot. *ad ff. D. 12. th. 5. ubi Diſſ. vid.*

21. Non tollitur Exceptio SCti Macedoniani per renunciationem filii. *Diſſ.* Zaſ. *Sing. Reſp. l. 2. c. 28. cui Reſp.* Hunn. *R. l. 3. Tr. 3. part. 1. q. 17.* Clud. *tr. d. Cond. indeb. c. 8. n. 78. ſeqq.* licet juratam, etiam de jure Canonico. *Diſſ.* Carpzov. *part. 3. Dec. 256. n. 14. ſeqq. Conſ.* Perez. *ad C. t. ad SCt. Maced. n. 19.*

22. Pater adminiſtrator bonorum filii famil. qvæ ſunt in peculio adventitio regulari, inventarium conficere non tenetur. *Diſſ.* Durand. *Spec. Jur. l. 2. part. 2. rubr. d. inſtrum. edit. § f. verb. Qvid de Patre. Conſ.* Moller. *ad part. 3. C. El. 25. n. 6.* EX II. LIB. XV.

23. Pater legitimus bonorum filii adminiſtrator ob cauſam neceſſariam vel utilitatem filii etiam absqve decreto rectè alienat ejusd. immobilia. *Diſſ. videtur* Jaſon. *ad l. 12. C. d. Transact. n. 6. Conſ.* Paul. de Caſtro. *ad d. l. n. 5.* Fach. *Cont. l. 6. c. 40.*

24. Uſusfructus legitimæ, liberis neceſſariò relinqvendæ, Patri non poteſt adimi. *Diſſent.* Boer. *dec. 194. n. 2.* Berl. *part. I. dec. 137. n. 15. ſeq. Conſ.* Fach. *Contr. l. V. c. 21.* Laut. *Concluſ. for.* Ex. *27. theſ. 12.*

25. Filius familias de peculio adventitio irregulari non teſtatur. *Diſſ.* Hunn. *R. l. 2. Tr. 5. qv. 10.* Vaud. *l. I. q. I. Conſ.* Clar. *ſentent. l. 3. §. teſtamentum. q. 18. n. 2.* Ungepauer. *Exerc. 8. Juſt. qu. 6.* Bachov. *d. Action. diſp. 8. Coroll. 2. verb. præcipua.*

26. Exceptio SCti Vellejani etiam poſt rem judicatam opponi poteſt ad executionem impediendam. *Diſſ.* Coler. *de Proc. Exec. Part. 4. c. 1. n. 161. 162.* Zang. *de Except. part. 3. c. 26. num. 93. Conſ.* Durand. *Spec. Jur. l. 2. part. 1. d. Except. §. 3. num. 14.* EX II. LIB. XVI.

27. Ceſſat Exceptio SCti Vellejani ſi fœmina, de jure ſibi competente & vi SCti edocta, eidem renunciaverit. *Diſſ.* Gomez. *l. 2. Reſ. 13. n. 17.* Rauchb. *part. 1. q. 34. n. 5.* Don. & Hill. *lib. 12. c. 32. l. d. Conſ.* Cujac. *l. 19. O. 34.* Fach. *Contr. l. 2. c. 59.* etiam extrajudicialiter,

*Diſſ.* Paul. de Caſtro *ad l. ſ. §. 4. ff. ad SCt. Vellej. n. 3. ſeq.* it. Coſtal. *ad d. l. n. 6. Conſ.* Clud. *tr. de cond ind. c. 8. n. 87. ſeq.*

28. Compenſatio fit inter mutuos debitores, licet debitor, antequam ex alia parte debitum ſupervenerit, ſe ſoluturum juraverit, ſecus eſt ſi tempore juramenti mutuum adfuerit debitum. *Diſſ.* Fach. *Contr. l. I. c. 7. Conſ.* Struv. *Synt. J. C. Ex. 21. th. 27. Conſ.* Brunnem. *ad l. 4. §. 7. ff. de Re jud. n. 18.* Moller. *ad P. I. C. El. 8. n. 1.*

29. Non recte compenſat Procurator in rem alienam, ſuo nomine conventus, id quod debetur Domino. *Conſ.* Struv. *S. J. C. Ex. 21. th. 24.*

30. Non compenſatur ſpecies pro ſpecie vel ſpecies pro quantitate. *Diſſ.* Duar. *ad t. d. Compenſ. c. 2. p. m. 995. id. ad l. 7. §. 5. ff. ſol. matr. p. m. 264. Conſ.* Zanger. *de Except. part. 3. c. 8. n. 109. ſeqq.* Obrecht. *Diſp. de Compenſ. th. 125. ſeqq.* Speciei autem appellatione etiam veniunt nummi, e. g. in illa arca, vel apud Titium depoſiti. *Diſſ.* Hill. *ad* Don. *l. 16. c. 15. lit. x. Conſ.* Scot. *ad ff. D. 34. th. 20.* Hahn. *ad* Weſ. *h. t. n. 6.*

31. Compenſatio fit in genere eodem utrinque debito indeterminatè, v. gr. ex utraque parte debito equo, ſine certa determinatione. *Diſſ.* Perez. *ad* C. *t. d. Compenſat. n. 14.* Treutler. V. I. D. *25. th. 8. l. c. Conſ.* Wiſſ. *ad π. p. I. D. 31. th. 1.*

32. Objectum depoſiti ſunt etiam res immobiles. *Diſſ.* Schneidw. *ad §. 3. j. quib. m. re contr. n. 20.* Arum. *Ex 12. Juſt. th. 14. Conſ.* Gœdd. *ad l. 110. ff. de V. S. n. 3.* Hunn. *Reſ. l. 3. Tr. 3. part. 4. q. 1.*

33. Uſuræ non ſunt præſtandæ ob ſolum rei depoſitæ uſum à deponente depoſitario conceſſum. *Diſſ.* Dion. Gothofred. *ad l. 28. ff. depoſ. lit. m. Conſ.* Struv. *t. 6. Dec. Sabb. 19.*

34. Adverſus deponentes non permittitur depoſitariis retentio, licet ob expenſas neceſſarias. *Diſſ.* Paul. d. Caſtro. *ad l. 11. C. depoſ. n. 4.* Brunneman. *ad l. 23. ff. eod. n. 2.* Wiſſenbach. *ad π. Part. I. Diſp. 31. th. 15.*

DISPU-

# DISPUTATIO V.

## I.

MAndatario,qvi mandatum exceſſit, datur qvidem qvoad ſummam concurrentem actio mandati,Diſſ.Cujac.l.12.O.34. Conſ. Hill,ad Don.l.13.c.12.lit.b.attamen huic qvoad exceſſum ne qvidem actio negotiorum geſtorum competit.Diſſ.Scot.ad ff.D.35.th.21. Mynſ. ad §.8.I.Mand.n.3.Treutl.V.I.Diſp.27.th.7.lit.h. EX Π. LIB. XVII.

2. Mandatarius præſtat leviſſimam culpam Diſſ.Brunn.ad l.X. ff.Mand.n.1.ſeqq.Conſ.Duaren.ad t.Mand.c.2.§.Secundò. Burgund. Comment.de peric.& culp.c.3.n.6.

3. Ex ſocietate univerſali omnium bonorum unus filiam dotat licet alter liberos non habeat. Diſſ. Gothofred. ad l.81.ff.pro Soc. Conſ. Franz. ad ff.h.t.n.18. Struv.Synt.Jur.Civ.Exerc.22.th.27.

4. Si ab una parte res conferatur, ab altera verò tantùm operæ præſtentur,regulariter res tantùm qvoad uſum cenſetur communicata & finitâ ſocietate conferenti tota eſt reſtituenda.Diſſ.Hunn.Reſ.l.3. Tr.7.part.3.qv.2.Conſ.Fach.Contr.l.2.c.94.Conſ.Covarr.Var.Reſol.l.3.c.2. n.7.unde hoc in caſu pecuniæ caſu perditæ periculum pertinet ad ſolum conferentem,tanqvam ejus Dominum.Diſſ.Paul.de Caſtro ad l.1. C.Pro Soc.n.2.Hunn.d.l.q.1.Conſ.Fach.d.l.c.95.Brunn.ad l.52.§.2.ff. pro ſoc.n.2.

5. Per Conventionem ad unum in ſocietate duæ partes lucri & una pars damni,vel una pars lucri & nullum damnum pertingere poteſt.Diſſ.Gomez.Reſ.l.2.c.5.n.5.Cravetta Conſ.173.num.1. Franz. ad ff.h.t. num.69.ſeq.Conſ.Bachov.V.I.D.27.th.9.lit.b.

6. Fructus qvi ſunt in herbis nec Ord. Pol. Imp. d. A. 1577. t. 19. ſimpliciter vendere prohibitum eſt.Diſſ.Ziegl.de J.Maj.l.I.c.41.th.64.65. Conſ.Faber.in C.l.4.t.17.d.8.

7. Qvando res comparatur ad menſuram,menſura fieri poteſt etiam poſt 60 dies in perpetuum.Diſſ.Treutl.V.I.D.28.th.7.l.e. Coſtal. ad l.ſi fundum.ff.de Contrah.emt.Conſ.Brunnem.ad l.31.§.22.ff.d.Ædil. edict. EX Π. LIB. XVIII.

 8. Si

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636975-p0023-1

8. Si pretii determinatio collata in arbitrium alicujus ex contrahentibus emtio nulla eſt. *Diſſ.* Scot. *ad ff.D.36.th.4.* Don. *Comm. l. 13. c.5.l.r.ubi Conſ.* Hill. Gomez. *l.2.Reſ.2.n.19.*

9. Cum pactum de retrovendendo initum eſt pretio reſtituto venditori contra emtorem actio perſonalis non realis competit. *Diſſ.* Paul de Caſtro *ad l.13.ff.de pign.act.num.6.Conſ.* Mynſ. *Cent.6.O. 60.* Wiſſ. *ad π.part.1.D.35.th.31.*

10. Ex pacto de retrovendendo certum pretium continente actio ad rem præciſè tradendam conceditur. *Diſſ.* Ant. Fab. *de Error. Pragm.dec.22.err.4.Conſ.* Fach. *Contr.l.2.c.8.*

11. Simulationis allegatio etiam inſtrumentis gvarentigitatis opponitur. *Diſſ.* Moller. *ad p.2.C.El.19. n. 66. Conſ.* Coler. *de Proc. Execut. part.1.c.10.num.268.ſeq.* Rauchb. *part.2.qv.25.num.98.ſeq.*

12. Qvoties addictio in diem fit ſub conditione reſolutiva emtor fructus ex re vendita perceptos ſuos facit revocabiliter. *Diſſ.* Tiraqvell. *ad l.8.C.de revoc.don.verb.revertatur.n.230.Conſ.* Hill. *ad Don. l.16.c.18.l.e.* Ant. Fab. *de Err.pragm.dec.22.err.1.*

13. Emtor ſub pacto legis commiſſoriæ fructus interim perceptos reſtituit, niſi aliud inter partes actum ſit. *Diſſ.* Fab *de Error Pragm. dec.22.err.2.p.773.*

14. Venditor hæreditatis non præſtat emtori portionem, qvæ poſt venditionem factam accrevit. *Diſſ.* Robert. *Animadverſ. Jur. l.3.c.12.* Duar. *de Jur.accreſc.l.2.c.6.* Perez. *ad C.h.t.n.15.Conſ.* Cujac. *l.12.O.13.* Jaſon. *ad l.89.ff.de leg.3.n.126.ſeqv.usq; ad n.143.*

15. Actio injuriarum æſtimatoria vendi poteſt. *Diſſ.* Brunn. *de Ceſſ. action.c.4.n.57.* Strauch. *Diſſ.Juſt.18.th.18.Conſ.* Hunn. *Reſ.l.4.part.7.q.10.* Bartol. *in l.28.ff.d.injur.n.1.2.*

16. Ceſſionarius privilegio uxoris & liberorum ejus, ratione dotis, non gaudet. *Diſſ.* Mynſ. *Cent.3.O.3.n.1.Conſ.* Brunn. *de Ceſſ. action. c.4.n.88.* Jaſon. *ad l.24.ff.ſolut.matrim.num.233.* Schneidw. *ad §.29. I. de Action.n.70.*

17. Si venditor à ceſſionario inductus b.f. actionem ceſſit pretio æqvo viliori, tum ille actionem ſuam ſalvam retinet ad reſiduum; ſi verò inter venditorem & emtorem colluſio qvædam intervenit, in fraudem legis, tunc ſuperfluo uterqve meritò privatur, ita ut illud debito-

bitori cedat. *Diſſ.* Cujac. *l.10.O.3 f.* Don. *Comm. l.15.c.43.l.d.* Durand. *Spec. Jur.l.2.part.1.t.d.ceſſ.act.§.1.n.7.*

18. Ceſſat remedium *l.2.C.* de Reſc.vend. ſi ſciens verum rei pretium minoris vel majoris vendat vel emat. *Diſſ.* Fach. *Contr. l.2.c. 20. verb. Qvintò controvertitur. Conſ.* Paul. de Caſtro *ad l.2.C.de Reſcind.vendit.num.7. Conf.* Cravetta. *Conſ.151. num. 25.*

